

caſe. Secundus, vt id, quod erat veniale, poſſit fieri mortale huic, vel illi, addita aliqua circumſtantia, & de hoc intendimus loqui, vt etiam videtur intelligere gloſſa in c. vnum. §. hinc. diſt. 25. Dici- mus ergo quòd peccatū veniale poteſt fieri mortale pluribus modis. Et pri- mus, ſi ibi ſtatuat vltimum finem. exem- plum de ea, quæ tāta ſollicitudine ſe or- nat, vt hæc de cauſa non curet de neceſ- ſariis ad ſalutem, vt de miſſa in feſtis. Caiet. in ver. ornatus. Secundus, ſi fiat ad finem, qui eſt peccatum mortale, vt quæ eo animo ſe ornat, vt viſa eius for- ma ab aliquo carnaliter ametur, D. Tho- mas 2. 2. q. 169. ar. 2. Vel ſi quis libidinis cauſa explende verba ocioſa profert. D. Tho. 1. 2. q. 88. ar. 2. & 4. Tertius, quā- do quis de ſalute proximi nō curat: ex- eplum de muliere ſuperfluè ſe ornante, S. Tho. 2. 2. q. 169. ar. 2. Quartus, ratio- ne conſcientiæ erroneæ, c. per tuas, el 2. de ſimo. c. literas, de reſtit. ſpol. ad Rom. cap. 14. vbi omne, quod non eſt ex fide, peccatū eſt. i. omne, quod fit contra cō- ſcientiam, & diſſociat ad gehennam. Poteſt tamen deponere cōſcientiam vel per ſe, vel per alterius cōſilium. S. Tho. 1. 2. q. 19. art. 5. & 6. Quintus, ſi contemptus interueniat: Contemptus enim conſti- tuit peccatum veniale mortale, c. vnū. §. hinc. diſt. 25. cap. notandum. 24. q. 3. in ſi. capit. i. de ſentent. ex com. lib. 6. & legem conſilii tranſgrediens per cōtem- ptum peccat mortaliter, c. quis autem. diſt. 10. Qui quidem contemptus præ- ſumitur ex aſſiduitate actus, id eſt pecca- ti venialis in foro exteriori, non autem in interiori, vbi ſola veritas conſidera- tur, cap. tua nos, de ſponſ. cap. humanæ. 22. q. 5. quamuis in foro interiori diſponat aſſiduitas peccati venialis ad cōtem- ptum, iuxta illud, Impius cum in pro- fundum venerit peccatorum, contem- net. Diſponat inquam non diſpoſitione neceſſitatis, ſed congruitatis, Bonau. ſu- per 4 ſent. diſt. 16. & ita illud intelli- gitur Aug. in cap. tres ſunt, de pēni. diſt. 1. quòd peccata parua tam crebra oppri-

munt, ſicut vnum grāde peccatum, ſci- licet diſpoſitione congruitatis ad contē- ptum. ſed quando dicatur contemptus, vide infra, c. 18. & lib. 4. cap. 4. nu. 19.]

S V M M A R I V M.

- 1 Peccatum duo complectitur, quibus, & duplex pœna debetur, & qua.
- 2 Peccatis venialibus, quare non debeatur niſi temporalis pœna.
- 3 Pœna ſenſus reſtat pluribus modis per ſol- uenda poſt conuerſionem ad Deum.
- 4 Pœnas luere poſt gratiam Dei adeptam, quare non ſit inconueniens.
- 5 Contritionis effectus eſt remiſſio peccati; & de virtute vehementis contritionis.
- 6 Contritio vera non eſt, niſi cum propoſita conſtendi; & quare.
- 7 Contritionis encomium.

De effectu contritionis.

Cap. VII.



Ira effectu contritionis ad notandum eſt, quòd cum in peccato ¶ ſint duo, ſecūdum D. Thom. 1. 2. q. 87. art. 4. vi- delicet, auerſio ab incōmutabili bono, & peruerſa conuerſio ad bonum com- mutabile, cap. productior, cap. ſicut pri- mi, de pœnit. d. 1. Hinc duplex debetur pœna, pœna damni, id eſt carentiæ viſio- nis Dei, ex parte auerſionis; & hæc eſt æterna, vt qui contra æternum bonum peccauit, in æternum puniatur: & pœ- na ſenſus, ex parte cōuerſionis ad crea- turam, quæ cum non ſit infinita ex ge- nere ſuo, talis pœna non eſt æterna. Ex quo fit, vt ſi huiuſmodi conuerſio non eſſet auerſio à Deo, nō deberetur ei pœ- na infinita: quare peccatis ¶ venialibus non debetur niſi temporalis. Hinc col- ligitur, quòd cum per contritionem ho- mo conuertatur ad Deum, & tollatur auerſio, & recuperet amicitia Dei, tollitur etiam illa æterna pœna damni, cap. dixi. c. magna, de pœnit. diſt. 1. remanet